



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXVI. Erectio ejusdem Congregationis in Archiconfraternitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

ANNO
1732.

CLEMENS DUODECIMUS.

233 ANNO
1732.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Julii 1732. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

F. Card. Oliverius.

LXVI.

Sequitur Ereditio ejusdem Congregationis & Confraternitatis in Archiconfraternitatem.

Dat. die 9.
Julii 1732.
Pont. An. II.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuum rei memoriam.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officialis & Confratres Confraternitatis seu Congregationis sub denominatio ne seu titulo: *Perpetua adorationis Sanctissimi Eucharistia Sacramenti*, in Sacerdotali & Colegiata Ecclesia S. Mariae ad Martyres, vulgo de Rotunda nuncupata, Alma Urbis Nostræ existentis, quod Nos per alias nostras in simili forma Brevis novissime expeditas literas eamdem Confraternitatem seu Congregationem sub denomi natione prefata auctoritate Apostolica perpetuo ereximus & instituimus, ac illi sic erectæ ejusque Confratribus & Confororibus nonnullas Indulgencias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxations, sub certis modo & forma tunc expressis, itidem perpetuo concessimus, & alias, prout in eisdem literis Nostris uberioris continetur.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti Exponentes, Confraternitatem seu Congregationem hujusmodi Archiconfraternitatis titulo decorari, plorimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune provi dere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus & gratiis profequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententias, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet in nodata exsufflant, ad effectum praestantium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Confraternitatem seu Congregationem prædicam in Archiconfraternitatem cum omnibus & singulis prærogatiis, juribus, honoribus, & præminentibus solitis & consuetuis, auctoritate prefata tenore praestantium sine cuiusque præjudicio perpetuo pariter erigimus & instituimus; ac ipsius Archiconfraternitatis sic erecta Officialibus & Confratribus praesentibus & futuris, ut ipsi alias quascunque Confraternitates seu Congregationes ejusdem Instituti extra Urbem prædictam ubicumque locorum existentes eidem Archiconfraternitati (servata tamen forma tam Constitutionis fe. re. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quam Decretorum Congregationis S. R. E. Cardinalium, Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita die 6. Martii 1666., & die 10. Aprilis 1720. desuper respe citive editorum) aggregare, illisque omnes & singulas Indulgencias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxations, ipsi Confraternitati seu Congregationi, sic in Archiconfraternitatem erectæ, a Nobis concessas, communica re libere & licite possint & valeant, au toritate, & tenore praesentis concedimus & indu gemitus.

S. 3. Decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus for-

tiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectiva inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irri tum & inane, si secus super his a quoqua quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, supradictæ Confraternitatis seu Congregationis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, Indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores presentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia liter & expresse derogamus, ceterisque contra riis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Julii 1732. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

F. Card. Oliverius.

Bona Ecclesiastica in Ditione Augusto II. Polonia Regi, uti Saxonia Ducis subiecta, consistenter ab hereticis occupata, eisdem, ad Catholicæ Ecclesie unionem vel jam reversis, vel in posterum redituris, remissa declarantur.

CLEMENS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuum rei memoriam.

S. Edes Apostolica, pia Mater, probe agnoscens, assidueque recogitans, potissimum curam, & solicitudinem suam in Fidei Catholicæ, sine qua impossibile est placere Deo; unitate ac integritate retinenda, & animarum, pretioso Christi Domini Sanguine redemptarum, æterna salute procuranda, sitam esse, nihil prætermittit, ac intentatum relinquit, quod ad eamdem fidem, ubi illa viget, sartam rectam tuendam, ubi vero collapta est, restituendam, ipsasque Fidei, animas in viam salutis dirigendas judicat pertinere; ac propterea ab Orthodoxa Religione, recte via deviis & errantibus filiis, quos nunquam oblitiviscitur, nedum maternum suum jugiter aperit, sed etiam iter sternit planum; per quod sublati quibusvis impedimentis ad Christi ovile, atque ad cor facilius redire valent, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

S. 1. Cum itaque Nos, qui militantis Ecclesiae, ac universi Dominici Gregis regimen in Beatisimo Petro Apostolorum Principe divinitus accepimus, ac iis Christiani Orbis Provinciis Pastoralis vigilantibus Nostræ studiū præcipue impendere debemus, quæ opem & operam Nostram magis exposcere videantur, peculiarem usque ab ipsius Pontificatus Nostri primordiis paternæ considerationis Nostræ intuitum direxerimus ad Ducatum Saxonie; ubi scilicet heresis postremis hisce temporibus originem & incrementum sumpsiæ dignoscitur, ac pro cuius reductione ad priscam & Catholicam Fidem plures ex Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris præclaræ cum eorum nominis laude strenue mul-

LXVII.

Dat. die 9.
Julii 1732.
Pont. An. II.

Protomium.

Cause eden-
da hujusce
Constitu-
tio-
nis.